732

Chlopecki Betchacka Quietat et eidem Statuet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Stanislaus Chlopecki olim Nobilis Adami Chlopecki filius sanus mente et corpore existens a Foris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se suosque successores ac bona sua quaeuis omnia quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de manibus Generosae Mariannae de Czermin primarum olim Magnifici Joannis a Boguszyce Boguski Castellani Czechovien. secundarum vero olim Generosi Nicolai Magalinski Tribunatoris Vielunen. ad praesens vero tertiarum nuptiarum Generosi Stanislai Betchacki Tribunatoris Vielunen. Consortis atque Elisabethae Chlopecka virginis sororum suarum germanarum sua quam inter habitorum caret, et se praesentibus inscribit nomine bona quaeuis omnia mobilia tum et summas quasuis pecuniarias morte praefati olim parentis sui devolutas penesque praefatum olim Magnificum Castellanum Czechovien. ac post mortem eius penes eandem Generosam Betchacka existentia realiter sibi levavit percepit et numeravit. De his itaque rebus mobilibus et summis pecuniariis praefatam Generosam Betchacka nec non Generosam Joannam olim Magnifici Castellani Czechovien. cum praefata Generosa Marianna de Czermin procreatam quietat emittit dimittit et liberas pronunciat perpetuo. Recognoscens se praefatis omnibus realem praestitam esse satisfactionem. Nihilominus idem recognoscens Nobilis Stanislaus Chlopecki se ac suos successores in et super bonis suis quibusuis omnibus ac summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis praenominatis Generosae Betchacka et Joannae filiae eiusdem sive earum posteris inscribit et obligat praeter praenominatas # suo et Nobilium Zofiae Chlopecka Nobilis Joannis Stepski Consortis

Et quidem

Equidem Nobilem Zophiam Stypska sororem suam cum assistentia eiusdem Stypski mariti illius intra decursum duodecim septimanarum Praefatam vero Elisabetham Chlopecka Virginem eidem sororem suam vel in eventu mortis successores illarum postquam in matrimonium elocata vel claustrum ingressa fuerint cum assistentia eius cuius interent adducere ad Acta quaevis autentica Regni ut perpetuitatis in se habentia et ibi statuere ab eisq ut praemissa exequantur efficere Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq quovis corporali iuramento taxandis per praedictum recognoscentem Nobilem Stanislaum Chlopecki sive eius successores suprascriptis Generosis Betchacka et filio eius sive earum successoribus ob non statutionem suprascriptarum sororum suarum pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absq quovis corporale iuramento taxandis ita ut praefertur succubitis ac re aliqua principali ex praemissis non completa complendae statues existens memoratus recognoscens Nobilis Stanislaus Chlopecki aut eius successores ad Instantiam suprascriptarum Generosarum Marianna de Rzemo Betchacka Pocillatricis Vielunensis matris tum Joannis filii eiusdem sive successorum illorum ad officium praesentem Castrensem Capitanealem Premisliensem extunc Reiestri suprascripto quo ipsos respondendum spectabit mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare imisperare respondere damna praestata Terrestria luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eosdemque eiusdem terminos semper peremptorios rem infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel alias quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationemque sibi non recipiendo Nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia plenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione

perrsni bello conventioneq tum et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis excludendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ossolinski Ossolinskiemu Obligat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Magnificus Nicolaus de Tedzin Ossolinski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus suis Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesentique vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se cum successoribus bonis suis quibusvis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet totam et integram villam Grzybowa in Terra et districtu praesentis Premisliensis iacentem cum curia et praedio ibidem sito Cum omni praemissorum bonorum iure dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus agris pratis campis sylvis hortis pomariis pascuis nemoribus indaginibus rubetis fluviis fluminibus rivis rivulis torrentibus aquis earumque decursibus stagnis piscinis molendinis subditis eorumque laboribus censibus contributionibus vecturis muniis officiis obsequiis aliisque proventibus ad eadem bona spectantibus Nihil ex praemissis iuris dominii proprietatis ac quibusvis competentiis et praerogativis pro se suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum in late longe circumferentialiter prout praefatorum bonorum haereditas sua in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem bona ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque Concernebant ac eadem tenebat Tam ex nunc et de facto Generoso Nicolao de Tedzyn Ossolinski olim Magnifici Hieronymi de Tedzyn Ossolinski Capitanei Zydaczoviensis filio suo Recognoscentis filiastro eiusque posteris in Summa Decem millium florenorum polonicalium certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud ipsum per praedictum recognoscentem pecuniis levatis et realiter perceptis hinc et ab actu praesenti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli per triennium proxime tunc venturum incidens et in defectu protunc exemptionis Summaeque praefatae totius

et indemnis